



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

§. XXIV. Würckliche Ausfertigung solcher Urkunde.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1647.
Julius.Wirkliche
Ausfertigung
solcher Uhrs-
tund.

§. XXIV.

Und zwar gieng es mit solcher Subscri-
ption des Equivalent-Puncts also zu:
Die Lüneburgischen Gesandten insinuir-
ten denen Kayserlichen Plenipotentiaris,
den sub N. I. hier antlegenden Aufsatz,
worinn die sämtliche Puncten so bishero
verlangt worden, verfasst waren, und
versicherte Wollmar, vor die Subscri-

ption Sorge zu tragen, wie dann auch er-
folget, und am 8ten Julii die Notul von
dem Kayserlichen Legations-Secreta-
rio Schröder, dann folgenden Tages, von
dem Schwedischen Legations-Secreta-
rio Matthia Videnklaui, wirklich sub-
scribiret wurde, inmassen die Anlage N.
II. in forma ergiebt.

1647.
Julius.

N. I.

Der Braunschweig-Lüneburgischen Gesandten abermaliger Aufsatz in
puncto Satisfactionis Domus Brunsvico-Lunenburgensis.

N. I.
Der Lünebur-
gischen aber-
maliger Auf-
satz.

Cum Celsissima Domus Ducalis Brunsvicensis & Lunenburgensis, ob Pa-
cem publicam melius faciliusque stabiliendam, cesserint Coadjutoris in Ar-
chi-Episcopatus Magdeburgensem & Bremensem, itemque Episcopatum
Halberstadtensem & Ratzeburgensem obtentis, ea conditione, ut inter alia
etiam alternativa iisdem cum Catholicis in Episcopatum Osnabrugensem ad-
diceretur Successio, Cæsarea Majestas presentis S. Rom. Imperii statui minimè
expedire judicans, Pacem publicam propterea impediri diutius, consentit ac
permittit, ut ejusmodi alternativa Successio in dicto Episcopatu Osnabrugensi
deinceps inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Episcopos, ex Fa-
milia tamen Ducum Brunovicensium & Lunenburgensium, quamdiu ea-
dem duraverit, postulandos, locum habere debeat, modis & conditionibus se-
quentibus.

Primo omnium restituatur Episcopatus Osnabrugensis totus & in-
teger cum omnibus suis appertinentiis, Secularibus & Ecclesiasticis, moder-
no Episcopo Francisco Guilhelmo pleno jure possidendus, prout huic publi-
cæ Transactioni convenit, ac præterea uniformis perpetuæ Capitulationis
Leges, communi Principis Francisci Guilhelmi Domusque Brunsvigo-Lu-
næburgicæ & Capitularium Episcopatus Osnabrugensis consensu jam ineun-
dæ, fancierint.

Secundo: Status Religionis ac cæterus Ecclesiastici, totiusque Cleri u-
triusque Religionis, tam in ipsa urbe Osnabrugensi, quam in reliquis ad hunc
Episcopatum pertinentibus, oppidis, villis, pagis, omnibusque aliis locis,
mancat & reducatur in eum, qui fuit die 1. Januarii Ao. 1624. statutum; ita ta-
men, ut ante hæc fiat singularis quædam determinatio & dispositio de iis, quæ
post Annum 1624. quoad verbi Ministros & Divinum cultum mutata depre-
henduntur, etiam supradictæ Capitulationi inferenda, caveatque Dominus
Episcopus per literas Reversales Statibus & Subditis suis, homagio ab ipsis
recepto, Jura & Privilegia salva fore, & quæ præterea futura Episcopatus
administrationi, statuumque & subditorum securitati utrinque necessaria vi-
debuntur.

Tertio: Defuncto eodem Domino Episcopo succedat in Episco-
patu Osnabrugensi Dominus Ernestus Augustus, Dux Brunsvicensis
& Lunenburgensis, atque adeò vi hujus Pacis publicæ sit designatus ejus-
dem Coadjutor & Successor, teneaturque Capitulum Cathedrale Osnabu-
gense

Sechster Theil.

§ II 2

bru-

1647.
Julius.

brugense, ut & reliqui Status & Subditi, statim post decessum aut resignationem moderni Episcopi, eundem Dominum Ernestum Augustum Episcopum recipere, & isti fini intra trimestre à conclusa hac Pace computandum, ipsi præstare homagium, Quod si vero Dux Ernestus Augustus post obitum moderni Episcopi non fuerit superstes, teneatur Capitulum alium ex Domini Georgii Ducis Brunovicentis & Lunæburgensis posteris, in Episcopum suum postulare, conditionibus tamen in recepta Capitulatione uniformi initis perpetuo observandis. Eo autem demortuo aut ultro resignante, teneatur dictum Capitulum vel Electione vel Postulatione Præfulem Catholicum sibi præficere; Sin verò hac in parte vel Canonicorum negligentia vel discordia intercesserit, locus sit ordinationi Juris Canonici & consuetudini Germaniæ, salva tamen Capitulatione perpetua, ut & hac Transactione: & sic perpetuo admittatur alternativa successio inter Catholicos Episcopos ex gremio Capituli electos vel aliunde postulatos, atque Augustanæ Confessioni addictos, sed non alios, quam ex Familia modo nominati Ducis Georgii descendentes, & quidem si plures sint Principes, è natu minoribus eligatur vel postuletur Episcopus, nullis verò existentibus natu minoribus, sufficiatur unus ex Principibus regentibus: Illis autem deficientibus, succedat tandem Ducis Augusti posteritas, alternatione, uti dictum, inter ipsam & Catholicos perpetua.

1647.
Julius.

Quarto: Teneantur non solum memoratus Dux Ernestus Augustus, sed etiam omnes & singuli ex Familia Ducum Brunsvicentium & Lunæburgensium, Augustanæ Confessioni addictorum, in hoc Episcopatu alternatim succedentium, statum Religionis cæteris Ecclesiastici, totiusque Cleri, tam in ipsa urbe Osnabrugensi, quam in reliquis ad hunc Episcopatum pertinentibus ditonibus, oppidis, villis, pagis, omnibusque aliis locis conservare ac tueri, prout superius Artic. 2. & perpetua Capitulatione dispositum est.

Quinto: Ne etiam durante Administratione & Regimine Episcopi Augustanæ Confessioni addicti, circa censuram Ecclesiasticorum Catholicorum ritu Romanæ Ecclesiæ, ut & cætera, quæ sunt ordinis, ulla difficultas aut confusio suboriatur, horum omnium dispositio, quoties alternativa successio ad Augustanæ Confessionis Episcopum devenerit, Domino Episcopo Coloniensi velut Metropolitanò reservata, adversus Augustanæ Confessionis vero addictos plane sublata esto; cætera autem Superioritatis & Regiminis Jura in Civilibus & Criminalibus Augustanæ Confessionis Episcopo in quemvis juxta Capitulationis Leges illibata permaneant. Quando vero Catholicus Episcopus in Episcopatu Osnabrugensi rerumpitur, nihil omnino in Augustanæ Confessionis sacra arroget sibi juris aut obtineat.

Sexto: Monasterium seu Prælatura Walkenried, cujus hoc tempore Administrator est Christianus Ludovicus, Dux Brunovicentis & Lunæburgensis, una cum prædio Schauen, perpetuo feudi jure Ducibus Brunsvicentibus itidem à Cæsarea Majestate & Imperio cum omnibus pertinentiis jurebusque conferatur; eodem prorsus quo supra inter Ducum Brunsvicentium & Lunæburgensium Familias succedendi ordine, rejectis prætensionibus Episcopatus Halberstadiensis & Comitatus Honsteinensis.

Septimo: Ducibus quoque Brunsvicentibus & Lunæburgensibus sine contradictione cujusquam restitatur Monasterium Groningense, quod antè hac acquisitum Episcopatu Halberstadiensi cessit, reservatis etiam juribus, quæ dictis Ducibus in Castrum Westerburg competunt, nec minus infeudatio Comiti à Tettenbach à Ducibus facta, eoque nomine inita leges perinde ut jura crediti & pignoris Ducis Christiani Ludovici Vicario, Friderico Schenkio à Wintersted in Westerburg competentia, facta tecta maneant.

Octa.

1647.
Julius

Octavo: Debitum à Friderico Ulrico Duce Brunovicensi & Lunaburgensi cum Rege Daniæ contractum, & per hunc in Pacificatione Lubecensi Sacræ Cæsareæ Majestati cæsum, posteaque Cæsareæ Militiæ Præfecto Comiti Tillio donatum, attinet; cum moderni Duces Brunovicenses & Lunaburgenses se ad hoc debitum persolvendum ob plures rationes teneri negaverint, eaque de re etiam per Legatos Plenipotentarios Coronæ Sueciæ instanter actum sit, amore Pacis remissio & expunctio totius istius debiti & obligationis dictis Ducibus eorumque hæredibus & Provinciis concessa esto.

Nono: Cum Duces Brunovicenses & Lunaburgenses Cellensis Linææ, Capitulo Ratzeburgensi pro sorte 20000. florenorum annuas pensiones usque dum pependerit, alternatione jam cessante cessent quoque annuæ illæ pensiones, abolito prorsus debito, ut & alia quavis obligatione.

Decimo: Ducis etiam Augusti duobus filiis natu minoribus Antonio Ulrico & Ferdinando Alberto conferentur duæ Præbendæ in Episcopatu Strasburgensi primo vacaturæ.

Undecimo: Vice versa iidem Duces præteritis Postulationibus & Coadjutoriis in Archi-Episcopatus Magdeburgensem & Bremensem, item Halberstadtensem & Ratzeburgensem plenissimè renunciant: Ita ut, quæ circa hoc Archi-Episcopatus & Episcopatus superius in hoc Pacificationis Instrumento disposita sunt, citra ipsorum contradictionem effectum habere debeant; Capitulis utrobique in eo statu permanentibus, quo superius conventum est.

N. II.

Die von den Kayserlichen und Schwedischen Legations-Secretariis subscribirte Notul des Braunschweig Lüneburgischen Equivalent-Puncts.

N. II.
Subscribirte
Notul.

Cum Domus Ducalis Brunsvicensis & Lunaburgensis, ob Pacem publicam melius faciliusque stabiliendam, cesserint Coadjutoriis in Archi-Episcopatus Magdeburgensem & Bremensem obtentis, ea conditione, ut inter alia etiam alternativa eisdem cum Catholicis in Episcopatum Osnabrugensem addiceretur Successio, Cæsarea Majestas præsentis Sacri Romani Imperii statui minimè expedire judicans, Pacem publicam propterea impediri diutius, consentit ac permittit, ut ejusmodi alternativa Successio in dicto Episcopatu Osnabrugensi deinceps inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Episcopos, ex Familia tamen Ducum Brunovicensium & Lunaburgensium, quamdiu eadem duraverit, postulandos locum habere debeat, modis & conditionibus sequentibus.

Primo omnium: Restituatur dictus Episcopatus Osnabrugensis totus & integer cum omnibus suis appertinentiis, Secularibus & Ecclesiasticis, moderno Domino Episcopo Francisco Wilhelmo pleno jure possidendus, prout uniformis perpetuæque Capitulationis leges, communi Principis Francisci Wilhelmi, Domusque Brunsvigo-Lunaburgicæ & Capitularium Episcopatus Osnabrugensis consensu jam ineunda, sancierint.

Secundo: Status Religionis ac cæterus Ecclesiastici, totiusque cleri utriusque Religionis, tam in ipsa urbe Osnabrugensi, quam in reliquis ad hunc Episcopatum pertinentibus ditionibus, oppidis, villis, pagis, omnibusque

1647.
Julius.

aliis locis maneat & reducat in eum, qui fuit die prima Januarii Ao. 1624. statutum, ita tamen, ut ante hæc fiat singularis quadam determinatio & dispositio de iis, quæ post An. 1624. quoad verbi Ministros & divinum cultum mutata deprehenduntur, etiam supradictæ Capitulationi inferenda. Caveatque Dominus Episcopus per literas Reversales Statibus & Subditis suis, homagio ab ipsis recepto, Jura & Privilegia salva fore, & quæ præterea futuræ Episcopatus Administrationi, Statuumque & subditorum securitati utrinque necessaria videbuntur.

1647.
Julius.

Tertio: Defuncto eodem Domino Episcopo, succedat in Episcopatu Osnabrugensi Dominus Ernestus Augustus, Dux Brunovicensis & Lunenburgensis, atque adeo vi hujus Pacis publicæ sit designatus ejusdem Successor, teneaturque Capitulum Cathedralis Osnabrugense, ut & reliqui Status & Subditi statim post decessum aut resignationem moderni Episcopi, eundem Dominum Ernestum Augustum Episcopum recipere. Quod si vero Ernestus Augustus post obitum moderni Episcopi non fuerit superstes, teneatur Capitulum alium ex Domini Georgii Ducis Brunovicensis & Lunenburgensis posteris in Episcopum suum postulare, conditionibus tamen in recepta Capitulatione uniformi initis perpetuo observandis. Eo tamen demortuo, aut ultro resignante, teneatur dictum Capitulum vel Electione vel Postulatione Præfulem Catholicum sibi præficere. Sin verò hac in parte vel Canonicorum negligentia vel discordia interceperit, locus sit ordinationi Juris Canonici & consuetudini Germaniæ, salva tamen Capitulatione perpetua, ut & hac Transactione, & sic perpetuo admittatur alternativa successio inter Catholicos Episcopos ex gremio Capituli electos vel aliunde postulatos, atque Augustanæ Confessioni addictos, sed non alios, quam ex Familia modo nominati Ducis Georgii descendentes, & quidem si plures sint Principes, e natu minoribus eligatur vel postuletur Episcopus, nullis verò existentibus natu minoribus, sufficiatur unus ex Principibus regentibus: illis autem deficientibus, succedat tandem Ducis Augusti posteritas alternativa, uti dictum, inter ipsum & Catholicos, perpetua.

Quarto: Teneantur non solum memoratus Dux Ernestus Augustus, sed etiam omnes & singuli ex Familia Ducum Brunovicensium & Lunenburgensium Augustanæ Confessioni addictorum, in hoc Episcopatu alternatim succedentium, statum Religionis cætus Ecclesiastici, totiusque Cleri, tam in ipsa urbe Osnabrugensi, quam in reliquis ad hunc Episcopatum pertinentibus ditionibus, Oppidis, Villis, Pagis omnibusque aliis locis conservare, ac tueri, prout superius Articulo Secundo & perpetua Capitulatione dispositum est.

Quinto: Ne etiam durante Administratione & Regimine Episcopi Augustanæ Confessioni addicti, circa Censuram Ecclesiasticorum Catholicorum, itemque usum & administrationem Sacramentorum, ritu Romanæ Ecclesiæ, ut & cætera, quæ sunt ordinis, ulla difficultas aut confusio suboritur, horum omnium dispositio, quoties alternativa Successio in talem Augustanæ Confessioni addictum devenit, Domino Archi-Episcopo Colonienfi, vel ut Metropolitano, reservata esto; Cætera Superioritatis & regiminis Jura in Civilibus & Criminalibus Augustanæ Confessionis Episcopo juxta Capitulationis leges illibata permaneant. Quoties vero Catholicus Episcopus in Episcopatu Osnabrugensi rerum potitur, nihil omnino in Augustanæ Confessionis sacra arroget sibi juris aut obtineat.

Sexto: Monasterium Walkenriedt, cujus hoc tempore Administrator est Christianus Ludovicus Dux Brunovicensis una cum prædio Schawen, per-

1647.
Julius.

perpetuo feudi jure Ducibus Brunovicensibus & Lunaburgensibus itidem à Caesarea Majestate & Imperio cum omnibus pertinentiis Juribus conferatur eodem prorsus quo supra inter Ducem Brunovicensem & Lunaburgensem Familias succedendi ordine: cassato & annullato jure Advocatiae, quod Episcopatus Halberstadiensis in idem Monasterium respectu Comitatus Hohnstein prætendebat.

1647.
Julius.

Septimo: Ducibus quoque Brunsvicensibus & Lunaburgensibus restituatur Monasterium Groningense, quod antehac acquisitum Episcopatu Halberstadiensi cesserat, reservatis etiam juribus, quæ dictis Ducibus in Castrum Westerburg competunt, nec minus infeudatio Comiti à Terrenbach à Ducibus facta, eoque nomine initæ leges, perinde ut jura crediti & pignoris Ducis Christiani Ludovici Vicario, Friderico Schenkio à Winterstedt in Westerburg competentia, facta tecta maneant.

Octavo: Debitum à Friderico Ulrico Duce Brunovicensi & Lunaburgensi cum Rege Daniæ contractum, & per hunc in Pacificatione Lubecensi Sacrae Caesareæ Majestati cessum, posteaque Caesareæ Militiæ Præfecto Comiti Tillio donatum, attinet: cum moderni Duces Brunovicenses & Lunaburgenses se ad hoc debitum persolvendum, ob plures rationes teneri negaverint, eaque de re etiam per Legatos Plenipotentiarios Coronæ Sueciæ instanter actum sit, amore Pacis remissio & expunctio totius istius debiti & obligationis, dictis Ducibus eorumque hæredibus & provinciis concessa esto.

Nono: Cum Duces Brunovicenses & Lunaburgenses Cellensis Linæ, Capitulo Ratzeburgensi pro sorte 20000. florenorum, annuas pensiones usque dum pependissent, alternatione jam cessante, cessent quoque annuæ illæ pensiones, abolito prorsus debito, ut & alia quavis obligatione.

Decimo: Vice versa iidem Duces prætenfis Postulationibus, Coadjutoris in supra dictos Archi-Episcopatus Magdeburgensem & Bremensem, itemque Episcopatus Halberstadiensem & Ratzeburgensem plenissimè renunciant: ita ut, quæ circa hosce Archi-Episcopatus & Episcopatus superius in hoc Pacificationis Instrumento disposita sunt, citra ipsorum contradictionem effectum habere debeant; Capitalis utrobique in eo statu permanentibus, quo superius conventum est.

Per Legationem Suevicam, die
29. Junii Anno 1647.
9. Julii

Per Legationem Caesaream
d. 8. Julii Ao. 1647.

Matthias Biörnklau, Regiæ Maj.
Sueciæ Secretarius.

Guilielmus Schröder, Sacrae Caesareæ Majestati à Secretis.

§. XXV.

Differenzien
zwischen dem
Lüneburgi-
schen und
Kaiserlichen
Aufsatz.

Zwar fanden sich in dem solennisirten Aufsatz einige Differentien von dem Lüneburgischen Project; es resolvirten sich aber die Lüneburgische Gesandten, bey der Kayserlichen Gesandtschaft, ausdrücklich, die fernere Erinnerungen wegen der geänderten Puncten annoch einzubringen. Die vornehmsten Differentien be-

studen darinn, daß erstlich in Article III. das Wort: *Coadjutor*, ausgelassen wurde, weil der Bischoff Franz Wilhelm durchaus nicht zugeben wollte, aus Beyeorge, es möchte sein designirter Successor, Herzog Ernst August, als Coadjutor, das Jus Inspectionis in Dicecesi Osnabrugensi prætendiren, welches ihm
bey